

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1327 - 1328

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

321. Officialis curie Argentinensis notum facit, quod Johannes dictus Kusolt senior, canonicus ecclesie sancti Thome Argentinensis idemque custos ecclesie Rynau-  
 gensis, Johannes capellanus quondam domini Heinrici de Dicke, portarii ecclesie  
 Argentinensis, et Conradus prebendarius de Meistersheim prebendarii ejusdem ecclesie  
 Argentinensis, executores testamenti predicti Heinrici<sup>1</sup>, bona specificata cum pecunia 5  
 ab Heinrico relicta nomine ejus empta altari capelle sancti Andree ecclesie Argenti-  
 nensis tradiderunt, ita tamen, quod eadem bona nomine sacerdotalis prebende perpetue  
 eidem altari attineant. cujus prebende collatio post mortem ceu cessionem Eberhardi  
 dicti Zarte nunc sacerdotis per dictum Heinricum ad altare deputati de gratia domini  
 Conradi de Kirckel thesaurarii ecclesie Argentinensis ad dominum curie claustralis 10  
 quondam Heinrici de Dicke, site in vico dicto Münster-gasse ex opposito domus dicte  
 Scharpfenecke, devolvatur. sacerdos omni die in predicto altari missam peraget, in  
 qua Heinrici predicti et parentum suorum memoriam habeat, post missam vero  
 sepulchrum Heinrici cum aspersione aque benedictae visitabit et ad distributionum,  
 que fiunt presentibus in choro ecclesie Argentinensis, portionem equalem cum aliis 15  
 sacerdotibus chori similes prebendas habentibus admittendus est. in quarum distri-  
 butionum recompensam sex libras denariorum Argentinensium ad chorum ecclesie  
 annis singulis ministrabit, ita tamen, quod quatuor libre in anniversario Heinrici  
 presentibus in choro distribuantur, relique vero due libre distribuantur ad festum  
 corporis Cristi per Heinricum institutum. sacerdos etiam decano ecclesie Argen- 20  
 tinensis obedientiam faciat, quemadmodum alii de choro facere consueverunt, con-  
 sensu Gebhardi prepositi, Walrami de Veldentz decani, Conradi de Kirckel thesaurarii  
 et capituli ecclesie Argentinensis quoad premissa plenius accedente. bona specificata  
 sita sunt in bannis villarum Ergersheim apud Innenheim et Bledensheim, Doroltz-  
 heim, opidorum Rodesheim et Ehenheim superioris. sigillum curie Argentinensis 25  
 est appensum. actum 9 kalendas decembris anno domini 1327. 1327  
*November 23.*

*M aus Melker Codex fol. 2<sup>o</sup> bis 4<sup>v</sup>. Eintrag von gleichzeitiger Hand.*

322. Johannes XXII papa Heinrico nato Johannis de Rapoltzstein providet de  
 canonicatu ecclesie Argentinensis et prebenda vacatura. «ex tue.» datum Avinione. 30  
 15 kalendas februarii anno 12. 1328 *Januar 18 Avignon.*

*Aus Vatik. Akten Nr. 959<sup>o</sup> (Reg. 86 fol. 55).*

323. Nicolaus V papa Johanni dicto Surlin subdiacono, nato quondam Wernerii  
 de Friburgo civis Argentinensis, canonico sancti Martini in Columbaria Basiliensis  
 diocesis, canonicatum sancti Martini in Columbaria confert. datum Rome apud

<sup>1</sup> Vergl. das Testament Heinrichs von Dicke von 1321 Januar 15 i. UB. III, 287 nr. 952.